



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Stephani Balvzii Miscellaneorum Liber ... Hoc est,  
Collectio Veterum monumentorum, quæ hactenus  
latuerant in varijs codicibus ac bibliothecis**

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1679**

Eugenij III. epistola ad Petrum Regensem & Bertrandum Forojuliensem  
Episcopos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14735**

*EVGENII III. EPISTOLA  
ad Petrum Regensem & Bertrandum  
Forojuliensem Episcopos.*

An. 1145.

**E**Vgenius Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus P. Regensi & B. Forojuliensi Episcopis salutem & apostolicam benedictionem. Bariolensis Ecclesia beati Petri juris existit, & ad ejus proprietatem & defensionem specialiter pertinet. Unde nobis est injuncta necessitas ipsam & alia sibi pertinentes diligere & fovere, & nullam eis injuriam vel molestiam irrogare. Quocirca per apostolica vobis scripta mandamus atque precipimus quatenus nullas novas exactiones, neque receptiones, vel pastus, vel alia inconsueta in Ecclesiis quae in vestris episcopatibus possidet imponatis, nec ad eorum Presbyteris exigatis; sed eas in ea libertate liberè dimittatis in qua praedecessorum vestrorum Augerij videlicet & Berengarij temporibus extitisse noscuntur. Presbyteros autem sive Clericos vobis subditos, qui excommunicatos in cimiterio scienter sepeliunt, tandiu à susceptis ordinibus suspendimus donec de tam gravi praesumptione satisfacturi nostro se conspectui repraesentent. Vos autem tamen nostram suspensionem eis annuncietis, & observari firmiter faciatis. Datum Viterbij v. i. Kal. Novembris.

